



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DE S. SEQVANO ABBAT. ET RVSTICO EPISCOPO.

quoque sanguinis eius macula, testes innocentię Ludmilla, & crudelitatis hostium, liquidò, apparent. Sepulta est autem in æde diuę Catharinę Tetinenfis, cui loco & cimiterio illi attributo, hanc prerogatiuam Deus in honorem martyris suę prolixè indulfit, nè quis ibi hominum conditus possit, conditus si fuerit, etiam nunc à terra euomatur.

Diuus postea Venceslaus cum in ducem Bohemię inauguratus esset, pia memoria merita Ludmilla; auię suę sibi præstita repetens, quam viuenti non poterat, mortuę gratiam sic remectiri studuit. Missis enim sacerdotibus religiosis, exhumari corpus eius, & Pragam asportari mandauit, vt nobiliori tumulto inferretur. Qui egesta terra, qua thesaurus tantus tegebatur, capsam computruisse videntes, proclius eadem passum esse corpus eius pronunciant, discessissentque re infecta, nec inspecta, ni Paulus Ludmilla; viuentis olim conscientię auriga, discussa cariosa arcula, saluum integrumque corpus eius ibi contineri conclamasset. Tum in laudes Christi ab omnibus proruptum, resque insignis prodigij loco habita, corpus anima euacuatum biennio ferè incorruptum, facie paulum a natiuo splendore degenerare inueniri. Perlatum Pragam inclytus princeps Venceslaus, tanquam pius Phoenix, ingenti pompa ad templum D. Georgij dedicatum, vbi nunc quoque quiescit, pulchritudo deduxit, multique idololatorum miraculo rei expugnati, eiuratis erroribus suis, Christi leges acceptarunt. Gesta sunt hæc anno 922.

Vale Ludmilla, & sordidi scriptoris tui collapsam valetudinem precibus susteta. Plura de sanctissima Ludmilla hac, habetur infra in gestis S. Vuenceslai Ducis, nepotis eius, 28. Septembris, cap. 1. 2. 3. 4. & 9.

DE S. SEQVANO ABBATE ET CONFESSORE, VI HABETVR IN S. GREGORII ARCHIEPISCOPI Turonensis libro de gloria Confessorum cap. 8.

MAGNÆ autem virtutis fuit & ille Sequanus Lingonici Abbas territorij, qui viuens sæpè homines à vinculo diabolici nexu absoluit, & post obitum ad sepulcrum suum creastulari catena reuinctos, liberos meritis suis abire permisit. Denique Gunthramnus rex cornu, cuius voce vel molossos colligere, vel illa corrautorum arboreorum armenta effugare consueuerat, furto ablatum perdidit: quę res multos in vincula coniecit, & nonnullos facultate priuauit, ex quibus tres viri memorati Confessoris monumentum perierunt. Quo rex comperto, iussit eos catenis atque compedibus nequi. Factum que est in media verò nocte lux in basilica humana luce clarior oritur, dissiliunt ferrearum compedum repagula, catenarum que disruptis basibus, vinculi laxantur. Quo audito rex exterritus, velocius, eos liberi arbitrij potestati donauit.

DE SS. EPISCOPIS ARVERNICIS VENERANDO, ET RVSTICO, EX D. GREGORII Turonensis libro Historiarum, cap. 13.

PVD Aruernum verò post transitum sancti Artemij Venerandus è senatoribus episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex, testatur presbyter Paulinus, dicens: Si enim hos adeas dignos Domino sacerdotes, vel Exuperium Tholosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandam Burdegalæ, vel Damianum Albigæ, vel Diuamium Engolisma, vel Venerandū Aruernis, vel Rusticum Cadurcis, vel nunc Pegasinū Petrogoricis, vtrūque aduersus seculi mala videas profecto dignissimos totius fidei, religionisque custodes. Hic in ipsa natalis Domini vigilia transiit fertur. Manè autē factò, proelio solennitatis, funcri eius obsequium fuit. Post cuius transitū sceda apud